~~59~~ 1470 25 9bris Vigevano

Morbio 7 (59)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

GALEAZ MARIA Sfortia Vicecomes Dux Mediolani etc. Papie Anglerieque Comes ac Janue et Cremone dominus: Habentes expressam et veram scientiam et noticiam de venditione et alienatione iuste et legitime ex causis alias facta per olim spectabiles tunc
reffórmatores procuratores et mandatarios Ill.me matris nostre delende memorie domine Blance Marie olim ducisse Mediolani genitricis nostre colendissime et nostros Spectabilibus viris domino Johanni militi et Vitaliano Arone Comitibus fratribus de Bonromeis Nominatim et qualiter de
omnibus et singulis intratis censibus et datiis panis vini et carnium et imbotaturarum vini feni et bladorum ac aliorum quorumcumque datiorum seu pedagiorum terre et territorii et pertinentiarum ac castellantie terre seu loci Guardasoni episcopatus parme cum Casiono et castelantia eiusdem
et eiusdem terre et castelantia Guardasoni et nobis et camere nostre quomodocumque pertinentibus et spectantibus in ipso loco et castelantia Guardasoni et de omnibus et singulis possessionibus et bonis immobilibus pratis vineis campis buschis zerbis paschuis ac terris quibuscumque
cultis et incultis ac fictis tam temporalibus quam libellariis et perpetuis seu censualibus ac feudalibus aut vassallagiis sitis et iacentibus in eo loco seu ea terra et castelantia territoriis et pertinentiis Guardasoni qualiacumque et quantacumque essent / Item de omnibus molendinis piscariis
venationibus aquis aqueductibus et iuribus aquarum furnis tabernis et hospitiis pontibus et portibus existentibus in dicta terra et super territorio dicte terre seu loci Guardasoni et castellantie seu iurisdictionis eiusdem ac nobis et camere nostre pertinentibus et spectantibus
Item de intratis et datiis panis vini et carnium terre Casioni et eius territorii episcopatus laude Item de intrata et datiis omnibus nobis et camere nostre ducali spectantibus terrarum locorum et pertinentiarum burgi Intri cum burgensibus forensibus et cum valintrascha et
burgi palantie ac locorum et villarum vegame sancti petri cum duabus partibus vegame diocesis novariensis et comitatus Anglerie ibidem descriptorum et expressorum necnon de intratis et datiis terre Cressie diocesis novariensis et de feudali concessione ipsarum
terrarum villarum descriptarum excepta terra Casioni episcopatus laude eiusdem facta in dictos comites fratres bonromeos cum solemnitatibus debitis pro pretiis et mercatis iustis videlicet respectu datiorum bonorum rerum et iurium dicte terre Guardasoni et Casioni et castelantie
eiusdem utsupra venditorum pro pretio et mercato librarum viginti millium quingentarum quadraginta quinque sol. sex et denar. trium imperialium de quibus detrahi debent libre quatuorcentum imperialium pro intrata librarum triginta duarum imperialium que percipiebantur in et super certis possessionibus
donatis certis personis per olim Ill.mos dominos duces predecessores nostros a tempore retro et de quibus etiam detrahi deberent libre quinque mille quinquaginta due sol. unus et denar. octo imperialium pro provisione librarum quatuorcentum quatuor soldorum trium et denar. octo imperialium
super tota intrata Guardasoni et castelantie eiusdem utsupra assignata singulo anno ad solvendum spectabili militi domino Segramoro Vicecomiti per ipsos Ill.mos dominos duces nostros predecessores usque ad beneplacitum eorum Ill.morum dominorum ducum et nostrum: Et quia dicti fratres comites
emptores utsupra tenerentur et obligati essent solvere singulo anno prefato domino Segramoro usque ad beneplacitum prefatorum Ill.morum dominorum ducum et nostri dictas libras quatuorcentum quatuor sol. tres et denar. octo imperialium utsupra et cessante beneplacito prefatorum Ill.morum dominorum
ducum et nostri abinde in antea eas libras quatuorcentum quatuor soldos tres et denar. octo imperialium solvere haberent et tenerentur nobis et ducali camere nostre et agentibus pro ea. Et respectu dictorum datiorum panis vini et carnium dicte terre et territorii Casioni episcopatus
laude pro pretio et mercato librarum octocentum octuaginta quatuor sol. unius et denar. trium imperialium Et respectu dictorum datiorum et intrate dictarum terrarum Intri cum valintrascha et burgensibus forensibus et palantie et vegame sancti petri cum duabus partibus vegame sive
diocesis novariensis pro pretio et mercato librarum quinque millium octocentum decem imperialium cum hoc etiam quod dicti domini comites nomine ducalis camere nostre tenerentur et obligati essent solvere et exbursare Gabrieli et Steffano fratribus de Moriggiis libras centum septuaginta
duas sol. octo et denar. undecim imperialium sibi restantes et debentes per ducalem cameram nostram pro dictis duabus partibus vegame alias relaxatis ducali camere nostre per ipsos de Moriggiis Et respectu dictorum datiorum et intrate dicte terre Cressie novariensis pro pretio et mercato librarum
nongentum quadraginta septem et sol. decem imperialium et sic in summa summarum pro pretio et mercato librarum viginti sex millium centum triginta quatuor sol. sedecim et denar. decem imperialium que tunc numerate fuerunt quondam Ambrosio Arzono tunc thexaurario nostro ad id deputato et
prout seriosius continetur seu contineri reperiatur in instrumento dicte venditionis et feudalis concessionis inde tradito et rogato per Jacobum de Perego notarium nostri et camere nostre sindicum die mercurii decimo mensis decembris anni currentis MCCCCLXVI et de omnibus et singulis in eis (?)
et ita quidem quod predicta omnia fuerunt et sunt nobis plene cognita et manifesta prout per presentes attestamur. Cumque expost prefati comites de Bonromeis nobis et camere nostre fecerint retrovenditionem et retrodatum in ampla et valida forma de omnibus intratis et
datiis ipsius terre palantie ac etiam renuntiaverint feudali investiture et concessioni in ipsos comites bonromeos alias facte pro ipsa terra palantie pertinentiisque suis tantum sicuti constat publico instrumento inde tradito et rogato per dictum Jacobum de Perego notarium publicum
et camere nostre sindicum die sabbati ultimo mensis Januarii anni currentis MCCCCLXVII et hoc pro pretio librarum duarum millium viginti soldorum sedecim et denar. octo imperialium. Et propterea illam inites (?) opinione de spectabili et nobilibus viris domino Blasio de Cusano
Comite Johe francisco de Lattirre (?) Johe Botto et Antonio de Marliano magistris intratarum nostrarum ordinariarum et Antonio Angossola camerario et thexaurario generali nostris dilectissimis et de quolibet ipsorum quia de nobismet (?) quandoquidem multis et maioris in rebus
singulare eorum rectitudine et prudentia experti sumus et ipsos solidissima fide atque devotione nobis et statui nostro affectos esse cognoscentes nec dubitantes quod quicquid sibi commiserimus recte et laudabiliter administrabunt: Harum serie ex certa scientia et motu
proprio et de nostre potestatis plenitudine etiam absolute et aliis omnibus modo iure via et forma quibus melius possumus non recedendo propterea nec recedere volentes nec intendentes tacite nec expresse ab alio premio (?) et mandato nostro in prefatos mandatarios nostros facto inde
tradito et rogato per Johannem Antonium de Girardis de papia notarium publicum et cancellarium nostrum et subscripto per spectabilem militem dominum Cichum Simonetam secretarium nostrum dilectissimum ac signato nostra propria manu sub die primo augusti anni presentis sed in eo persistendo et perseverando
et ius iuri addendo et in hac parte eorum mandatum ampliando facimus et de novo facimus constituimus creamus et solemniter ordinamus prefatos mandatarios nostros utsupra nominatos et quemlibet eorum nostros solemnes procuratores et mandatarios speciales et quicquid melius dici et
esse possit ita tamen quod quicquid per maiorem partem eorum factum et gestum fuerit valeat et teneat perinde ac si per ipsos omnes factum et gestum extitisset Specialiter ad premio (?) et mandatario nomine nostro et pro camera nostra faciendum gerendum exequendum et administrandum
visis dictos comites bonromeos seu alium eorum procuratorem et mandatarium seu quempiam eorum nomine stipulantem et recipientem pro suprascriptis omnibus utsupra eisdem comitibus bonromeis venditis alienatis concessis et infeudatis per prefatos olim reffórmatores et mandatarios
nostros et de quibus fit et habetur expressa mentio excepta tamen ipsa terra palantie utsupra omnia et singula que in dicto eorum mandato nostro utsupra continetur et fit mentio et ea omnia confirmandum et de novo concedendum et ad maiorem cautellam cum similibus
conditionibus verbis tenoribus et qualitatibus obligationibus et reservationibus de quibus in eis continetur et fit expressa mentio et maxime reservatis pro nobis et camera nostra gabella salis ac tracta qualdorum et datiis mercantie et ferrarie et taxis et logiamentis equorum
et stipendiariorum nostrorum et careggiis et exceptatis nobilibus civibus reservatis in eis instrumentis venditionis et alienationis et feudalis concessionis utsupra et in omnibus et per omnia et de verbo ad verbum prout in eis continetur et fit mentio licet castra et arces habeant et vere
dignoscantur et licet sub dicto nostro mandato et premio generali non comprehendi aliquatenus dici aut allegari possent. Item ad dictum premio et mandatario nomine nostro liberandum quietandum et absolvendum prefatos comites bonromeos a quacumque promissione et obligatione tam
orenimus (?) quam in scriptis factis nobis de retinendo ipsa dona intratas et iura utsupra vendita et infeudata et maxime a scripto et promissione per ipsos nobis facta per scripturam sub die xx februarii MCCCCLXVII quod scriptum tenore presentium revocamus et annullamus
attenta maiore numeratione et solutione iusta et ab omnibus et singulis in eis contentis et abinde dependentibus quovis et emergentibus et ad recipiendum et recepisse et habuisse confitendum etiam reali numeratione non interveniente libras octo mille triginta septem sol.
decem septem denar. sex imperialium pro satisfactione predicte liberationis ac de novo recipiendum iuramentum fidelitatis a dictis dominis comitibus vel eorum procuratore prout eis videbitur Et cum derogatione specialibus iurium quorumcumque ventium (?) in terra fortilitiis et iurisdictione seu
castellantia Guardasoni ac quorumcumque decretorum et ordinum de quibus in primo et secundo mandatis et premiis nostris utsupra fit expressa mentio et specialiter cum derogatione decreti ducalis editi die sexto octobris MCCCCXXI quod incipit providere
volentes ac quorumcumque aliorum statutorum legum decretorum et ordinum seu privilegiorum tam communium quam municipalium huic nostro mandato seu predictis omnibus contrafacientium vel aliter formalitatibus quibus omnibus et singulis ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis
etiam absolute per presentes in hac parte dumtaxat derogamus et derogatum perpetuis temporibus esse volumus et iubemus Et de predictis omnibus et singulis celebrandum et celebrari faciendum quodlibet instrumentum et quelibet instrumenta per dictum Jacobum de Perego sindicum
nostrum et quemlibet alium notarium cum quibuscumque solemnitatibus firmamentis clausulis reservationibus et promissis et obligationibus inde debitis et necessariis et prout et sicut dictis procuratoribus et mandatariis nostris et seu maiori parti eorum videbitur et placuerit Et generaliter
ad omnia et singula alia faciendum que in predictis et circa predicta utilia fuerint et necessaria et que nosmet facere possemus si personaliter interessemus. Dantes et concedentes prefatis procuratoribus et mandatariis nostris et cuilibet eorum plenum liberum generale ac speciale
mandatum cum plena libera generali ac speciali administratione ad predicta omnia et singula exequendum et totaliter committentes sibi vices nostras in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum promittentes denique sub obligatione nostri et successorum nostrorum et Camere nostre
omnium bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum quod semper et omni tempore rata grata et firma habebimus et tenebimus quicquid per dictos procuratores et mandatarios nostros et seu maiorem partem eorum actum gestum factum procuratum et administratum fuerit in predictis
et circa predicta et quodlibet predictorum et nullo tempore contrafaciemus nec per quempiam contrafieri vel contrafacere vel aliquam molestiam vel controversiam inferri vel moveri patiemur in fide et verbo legalis principis et domini: et ulterius sub refectione et restitutione
omnium expensarum damnorum et interesse litis et extra perinde fiendorum et substinendorum predictorum causa et occasione In quorum testimonium presentes fieri iussimus et registrari nostrique sigilli impressione muniri. Datum Viglevani die vigesimo quinto novembris. MCCCCLXX.

Instrum venditionis rogatum fuit per J. Jacobum de Perego die x decembr 1466.

J. Galeazmaria Sfortia Vicecomes manu propria ss.

J. Cichus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801824800-12/fragment/page=0001
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801824800-12/fragment/page=0002

~~59~~ 1170 25. [illegible]

Morbio 7 (59)

Universitäts- u. Landesbibliothek Hallen/S.

GALEAZ MARIA Sfortia Vicecomes Dux Mediolani etc. Papie Angleriecq Comes ac Janue et Cremone dominus: Habentes expressam et veram scientiam et noticiam de venditione et alienatione iustis et legitimis ex causis alias facta per olim spectabiles tunc
reformatores procuratores et mandatarios Illustrissime nunquam delende memorie domine Blanche marie olim ducisse mili genitricis nostre collendissime et nostros spectabilibus viris domino Johanni militi et Vitaliano Arone Comitibus fratribus de Bonromeis Nominatiue et generaliter de
omnibus et singulis iuratis censibus et datiis panis vini et carnium et imbotaturarum vini feni et bladorum ac aliorum quorumcumque datiorum seu pedagiorum terre et territorii et pertinentiarum ac castellantie terre seu loci Guardasoni Comitatus Parmensis cum Castrum et castellantia eiusdem
et eisdem terre et castellantia Guardasoni et nobis et camere nostre quomodo pertinent et spectant in ipso loco et castellantia Guardasoni et de omnibus et singulis possessionibus et bonis immobilibus pratis vineis campis buschis zerbis paschuis ac terris quibuscumque
cultis et incultis ac fictis tam temporalibus quam libellariis et perpetuis seu censualibus ac feudalibus aut vassallagiis sitis et iacentibus in eo loco seu ea terra et castellantia territorii et pertinentiis Guardasoni qualiacumque et quantacumque essent. Item de omnibus molendinis piscariis
venationibus aquis aqueductibus et iuribus aquarum furnis tabernis et hospitiis pontibus et portibus existentibus in dicta terra et super territorio dicte terre seu loci Guardasoni et castellantie seu iurisdictionis eiusdem ac nobis et camere nostre pertinentibus et spectantibus
Item de iuratis et datiis panis vini et carnium terre castrum et eius territorii Comitatus Parmensis et eius territorii Comitatus Anglerie ibidem descriptorum et expressorum necnon de iuratis et datiis terre Cressie diocesis novariensis et de feudali concessione ipsarum
burgi palantie ac locorum et villarum Degame sancti petri cum duabus partibus Degame sime diocesis Comites fratres bonromeos cum solemnitatibus debitis pro preteritis et mercatis iustis videlicet respectu datiorum bonorum rerum et iurium dicte terre Guardasoni et castrum et castellantie
terrarum vel descriptarum excepta terra castrum Comitatus Parmensis laude eiusdem facta in dictos Comites fratres bonromeos cum solemnitatibus debitis pro preteritis et mercatis iustis videlicet respectu datiorum bonorum rerum et iurium dicte terre Guardasoni et castrum et castellantie
eiusdem ut supra venditorum pro pretio et mercato librarum viginti millium quinquecentum quadraginta quinque sol sex et denar trium ipsorum de quibus detrahunt libre quatuorcentum ipsorum pro iuratis librarum triginta duarum ipsorum que percipiebantur in et super certis possessionibus
donatis certis personis per olim Illustrissimos dominos duces predecessores nostros a tunc retro et de quibus etiam detrahi deberent libre quinque mille quinquaginta due sol unus et denar octo ipsorum pro provisione librarum quatuorcentum quatuor soldorum trium et denar octo ipsorum
super tota iuratis Guardasoni et castellanie eiusdem ut supra assignatis singulo anno ad solvendum spectabili militi domino Sogramoro vicecomiti per ipsos Illustrissimos dominos duces mili predecessores nostros usque ad beneplacitum eorum Illustrissimorum dominorum ducum et nostri: Et qui dominus fratres Comites
emptores ut supra tenerentur et obligati essent solvere singulo anno sancto domino Sogramoro usque ad beneplacitum prefatorum Illustrissimorum dominorum ducum et nostri dictas libras quatuorcentum quatuor sol tres et denar octo ipsorum ut supra et cessante beneplacito prefatorum Illustrissimorum dominorum
ducum et nostri abinde in antea eas libras quatuorcentum quatuor soldos tres et denar octo ipsorum solvere herent et tenerent nobis et ducali camere nostre et agentibus pro ea. Et respectu dictorum datiorum panis vini et carnium dicte terre et territorii castrum Comitatus
laude pro pretio et mercato librarum octocentum octuaginta quatuor sol unus et denar trium ipsorum. Et respectu dictorum datiorum et iuratis dictarum terrarum iuris cum valintascha et burgensibus forensibus et palantie et Degame sancti petri cum duabus partibus Degame sime
diocesis novariensis pro pretio et mercato librarum quinque millium octocentum decem ipsorum. Cum hec etiam quod dicti domini Comites nomine ducalis camere nostre tenerent et obligati essent solvere et exbursare Gabrieli et Steffano fratribus de Morigiis libras centum septuaginta
duas sol octo et denar undecim ipsorum sibi restantes et debentes pro ducali camera nostra pro dictis duabus partibus Degame alias relasatis ducali camere nostre per ipsos de Morigiis et respectu dictorum datiorum et iuratis dicte terre Cressie novariensis pro pretio et mercato libr
novecentum quadraginta septem et sol decem ipsorum et sic in summa summarum pro pretio et mercato librarum viginti sex millium centum triginta quatuor sol sedecim et denar decem ipsorum que tunc numerate fuerunt quorum ambro arzono tunc tesaurario nostro ad id deputato re
nuncientium continet seu contineri reperiatur in iustis dictis venditionis et feudalis concessionis inde tradito et rogato per Jacobum de Perego notarium mili et camere nostre sindicum die mercurii decimo mensis decembris anni cursi MCCCCLXXXVI et de omnibus et singulis in eis contentis
et ita quidem quod predicta omnia fuerunt et sunt nobis plene cuncta et manifesta prout per presentes attestamur. Cumque ex post prefati Comites de Bonromeis nobis et camere nostre fecerint retroventionem et retrodatum in ampla et valida forma de omnibus iuratis et
datiis ipsius terre palantie ac etiam reuntiaverint feudali iurisdictione et concessioni in ipsos Comites bonromeos alias facte pro ipsa terra palantie pertinentiis suis tantum sicut constat publico iustis inde tradito et rogato per dictum Jacobum de Perego notarium publicum
et camere nostre sindicum die sabbati ultimo mensis Januarii anni cursi MCCCCLXXXVII et hoc pro pretio librarum duarum millium viginti soldorum sedecim et denar octo ipsorum. Et propterea illam habentes oppinionem de spectabili et nobilibus viris domino Blasio de Cusano
Comite Johanne Francisco de Latuere Johanne Botto et Antonio de Marliano magistris iuratarum nostrarum ordinariarum et Antonio Angelo Sola camerario et tesaurario generali nostris dilectissimis et de quolibet ipsorum quam de nobismet habeamus quandoquidem multis et magnis in rebus
singulare eorum rectitudine et prudentia experti sumus et ipsos solidissima fide atque devotione nobis et statui nostro affectos esse cognoscentes nec dubitantes quod quicquid sibi commissimus recte et laudabiliter administrabunt: harum serie ex certa scientia et motu
proprio et de nostre potestatis plenitudine etiam absolute et alias omnibus modo iure via et forma quibus melius possumus non recedendo propterea nec recedere volentes nec intendentes tacite nec expresse ab alio procuratore et mandato nostro in prefatos mandatarios nostros facto inde
tradito et rogato per Johannem Antonium de Girardis de Papia notarium publicum et cancellarium nostrum et scripto per spectabilem militem dominum Cichum simonetam secretarium nostrum dilectissimum ac signatum nostrum propria manu sub die primo augusti anni presentis sed in eo persistendo et perseverando
et ius iuri addendo et in hac parte eorum mandatum ampliando fecimus et denuo facimus constituimus creamus et solemniter ordinamus sanctos mandatarios nostros ut supra nominatos et quemlibet eorum nostros solemnes procuratores et mandatarios speciales et quicquid melius dici et
esse possit ita tamen quod quicquid per maiorem partem eorum factum et gestum fuerit valeat et teneat proinde ac si per ipsos omnes factum et gestum extitisset specialiter ad procuratorio et mandatario nomine nostro et pro camera nostra faciendum gerendum exequendum et administrandum
versus dictos Comites bonromeos seu alium eorum procuratorem et mandatarium seu quempiam eorum nomine stipulandum et recipiendum pro sanctis omnibus ut supra eisdem Comitibus bonromeis venditis alienatis concessis et infeudatis per prefatos olim reformatores et mandatarios
nostros et de quibus fit et habetur expressa mentio excepta tamen ipsa terra palantie ut supra omnia et singula que in dicto eorum mandato nostro ut supra continet et fit mentio et ea omnia confirmandum et denuo concedendum et ad maiorem cautelam cum similibus
conditionibus verbis tenoribus et qualitatibus obligationibus et reservationibus de quibus in eis continet et fit expressa mentio et maxime reservatis pro nobis et camera nostra gabella sedis ac tracta gualdorum et datiis mercantie et ferrantie et taxis et logiamentis equorum
et stipendiariorum nostrorum et caregiis et exceptatis nobilibus civibus reservatis in eis iustis venditis et alienatis et feudalis concessionis ut supra et in omnibus et per omnia et de verbo ad verbum prout in eis continet et fit mentio licet castra et arces habeant et here
dignoscantur et licet sub dicto nostro mandato et procuratorio generali non comprehendi aliquali dici aut allegari possent. Item ad dictum procuratorium et mandatarium nomine nostro liberandum quietandum et absolvendum prefatos Comites bonromeos aquarum permissione et obligatione tam
oretenus quam in scriptis factis nobis de retrovendendo ipsa data iuratis et iura ut supra vendita et infeudata et maxime ascripta et promissione per ipsos nobis facta per scriptum sub die XX februarii MCCCCLXXXVI quod scriptum tenore presentium revocamus et annullamus
attenta maxime immeratione et solutione iustis et ab omnibus et singulis in eis contentis et abinde dependentibus quevis et emergentibus et ad recipiendum et recepisse et habuisse confitendum etiam reali immeratione non interveniente libras octoanlle triginta septem sol
decem septem denar sex ipsorum pro satisfactione predicte liberationis ac denuo recipiendum iuramentum fidelitatis a dictis dominis Comitibus vel eorum procuratore prout eis videbitur. Et cum derogatis specialibus iuris quorumcumque habentium in terra fortilitiis et iurisdictione seu
castellantia Guardasoni ac quorumcumque decretorum et ordinum de quibus in primo et secundo mandatis et procuratoriis nostris ut supra fit expressa mentio et specialiter cum derogatione decreti ducalis edicti die sexto octubris MCCCCLXXXVI quod incipit providere
volentes ac quorumcumque aliorum statutorum legum decretorum et ordinum seu privilegiorum tam communium quam municipalium huic nostro mandato seu predictis omnibus contrafacientibus vel aliter formam dantibus quibus omnibus et singulis ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis
etiam absolute per presentes in hac parte dumtaxat derogamus et derogatum perpetuis temporibus esse volumus et iubemus. Et de predictis omnibus et singulis celebrandum et celebrari faciendum quodlibet iustum et quelibet iustitia per dictum Jacobum de Perego sindicum
nostrum et quemlibet alium notarium cum quibuscumque solemnitatibus iuramentis clausulis vocationibus et promissis et obligatis inde debitis et necessariis et prout et sicut dictis procuratoribus et mandatariis nostris et seu maiori parti eorum videbitur et placuerit. Et quatenus
ad omnia et singula alia faciendum que in predictis et circa predicta utilia fuerint et necessaria et que nosmet facere possemus si personaliter interessemus. Dantes et concedentes prefatis procuratoribus et mandatariis nostris et cuilibet eorum plenum liberum generale ac speciale
mandatum cum plena libera generali ac speciali administratione ad predicta omnia et singula exequendum et totaliter comitentes sibi vices nostras in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum promittentes denique sub obligatione nostri et successorum nostrorum et camere nostre
omnium bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum. Quod semper et omni tempore rata grata et firma habebimus et tenebimus quicquid per dictos procuratores et mandatarios nostros et seu maiorem partem eorum actum gestum factum procuratum et administratum fuerit in predictis
et circa predicta vel quodlibet predictorum et nullo tempore contrafaciemus nec per quempiam contrahi vel contrafieri vel aliquam molestiam vel controversiam inferri vel moveri patiemur in fide et verbo legalis principis et domini. Et ulterius sub refectione et restitutione
omnium expensarum dampnorum et interesse litis et extra proinde fieri et substinendum predictorum causa et occasione in quorum testimonium presentes fieri iussimus et registrari nostrique sigilli impressione munimur. Datum Vglevari die vigesimo quinto novembris. MCCCCLXXX

Iustorum venditionis rogatum fuit per Jacobum de Perego die X decembris 1466

./. Galeaz Maria Sfortia Vicecomes manu propria ss./.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801824800-12/fragment/page=0003